

illarum tenorem ac si insereretur pro expresso habentes, non
tenere, et nemini quo minus eisdem venetos favendo sub colore
earum censuras et poenas praedictas incurant, excusationem
praestare posse declaramus, observent quoquo modo. Caeterum
si excommunicati, interdicti, anathematizati, maledicti, privati et
inhabitati praedicti, postquam privationis et inhabilitationis poe-
nas praedictas incurrerint, obstinata animi duritie nostris moni-
tioni et mandato praedictis ulterius distulerint obtemperare, et
nunc prout ex tunc omnes reges, duces, principes, marchiones,
barones, communitates, universitates et quoscumque alios ter-
rarum dominos ac gentium, armorum capitaneos ad quorum-
cumque fidelium stipendia militantes requirimus per presentes,
eisque et cuiilibet eorum in virtute sanctae obedientiae praecipi-
mus et mandamus, quatenus contra eosdem venetos, ac in sua
observatione perseverantes, pro honore praefatae sedis armis
insurgent, eosque persecui et debellare procurent et ne nostram
civitatem ferrariensem ac loca quaecumque dominii dicti ducis
ferrariensis occupent se eis opponant, et in ipsorum venetorum
poenam et pro eorum plectenda rebellione hujusmodi quoscum-
que venetos in eorum civitatibus, terris, locis, et dominis degen-
tes et civitatum, terrarum ac locorum quorum communitates,
universitates et incolae praefatos venetos in eorum dominos re-
cognoscere et eis ut eorum dominis obtemperare praesumpse-
rint, postquam ipsi veneti privationis juris eorum in illis poenam
incurrisse, capiant et captivos teneant, eorumque mercantias,
pecunias, navigia, credita, res et bona omnia in proprios usus
convertant. Nos enim ipsis arma sumentibus et aliquos eorum-
dem venetorum et subditorum suorum tunc eorum ditioni ob-
temperantium, eorumve res et bona in hujusmodi eventum ca-
pientibus universa, pecunias, iocalia, mercantias, navigia, anima-
lia res et bona mobilia et immobilia, civitates quoque, castra et
loca eorumdem venetorum quae sic ceperint ubique locorum
etiam extra loca territorii eorumdem venetorum, eis in praedam